



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Iesvitarvm Assertiones, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum Papatum stabilire conati sunt, pia responsio

**Bidembach, Wilhelm
Osiander, Lucas**

Tvbingæ

VD16 B 5358

Si quis autem suorum, & maximè domesticorum, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36892

cogitare, nedum lingua eloqui. Spem enim nostram dicere non possumus, nisi simul etiam Deum nostrum dicamus. Psal. 7. DOMINE spes mea es tu. Non: Dominas spes mea es tu, ut Marani in Maria-
li suo blasphemant.

*Epiphanius lib. 3. Tom. 2. Hæres. 78. Contra
Anidicomarianitas.*

Non conuenit colere sanctos ultra decorum, sed honorare ipsorum Dominum. Cesset itaque error sedis eorum. Neque enim Deus est Maria, neque de cœlo corpus habet, sed ex conceptione viri & mulieris.

Idem contra Collyridianos. Hæres. 79.

Reuera sanctum erat corpus Mariæ, non tamen Deus. Reuera virgo erat ipsa virgo & honorata, sed non ad adorationem nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa carne genitus est, de cœlis vero ex sinibus paternis accessit. Et propterea Euangelion munit nos dices, quod ipse Dominus dixerit: Quid mihi & tibi curæ est mulier: nondū venit hora mea, quo non putarēt aliqui, magis eximiam esse sanctam virginem, mulierem eam appellauit, velut prophétans, quæ futura essent in terra, Sectarum ac Hæres, seon gratia, ut ne aliqui nimium admirati sanctam, in hæresin dilabantur.

I E S V I T A E.

EX CAP. V.

*Si quis autem suorum, & maximè do-
mesticorum, &c.*

X Quamvis

I. Quamvis hæc de viduis accipi possint (nam illud à Nostri
verti etiam potest, si qua) ad omnes tamen pertinere mani-
festum est: Dicitur autem, qui suorum, & præsertim domesti-
corum negligit curam, negare fidem, non quidem mente au-
lingua, sed factis, dum contraria facit his, que fides docet &
præcipit. Infideli vero dicitur deterior: Si enim idem infidelis
admitteret, qui tantum naturæ legibus tenetur, leuius pecca-
ret quam Christianus, qui etiam fidei legem violat. Collige
hinc, Christiane Lector, secundum Pauli sententiam, Euange-
lica lege opera charitatis esse præcepta, arg in charitate suo
reperiri gradus,

RESPONSIO.

Quod in fine huius Assertionis dicitur, Euangeli-
ca lege opera charitatis esse præcepta, id
quale sit, supra in primi capituli secunda positione o-
stendimus. Nunc hoc tantum Iesuitas rogamus, ut
considerent, quid sit illud: Lex per Mosen data est,
Ioan. 1. Gratia & veritas per Iesum Christum exorta est. A
lioqui nihil in hac Thesi desideramus.

IESUITÆ.

*Vidua eligatur non minus sexaginta
annorum, quæ fuerit unius viri uxor.*

II. Ex verbis Apostoli, simul & his, quæ in antiquarum Sy-
Vide Decret. nodorum decretis, & Patrum libris legimus, constat, olim in
Eutychiani Pot.